Quelle: https://manuscripta.at/?ID=86
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Causa ectice que non est propter alium morbum. hu
miditas est in concavitate cordis. ue. et ar. inha
bitans. Que si calefiat et a sua natura in calorem
et sic per naturam excitata ut diximus mutetur sine
ulla sui diminutione. fiet prima et simplex
species ectice. que per semetipsam morbus est. Hec itaque
facile curatur. quia calor extraneus non est nisi
in humiditate sanguinis que est in cordis et
in suis uenis. et arteriis. et nichil in eo facit
nisi solum calefactionem et bullitionem. Sed
si calor augmentabitur ut calefaciat substantiam
cordis. et arteriarum atque uenarum. et siccetur
humor. eius que est uicina coagulationi fiet secunda
species huius ectice. Quod si plus augmentatus fuerit
calor ut desiccet substantialem cordis humorem et suarum
uenarum atque arteriarum illam custodire ac regere solen
tem. fiet tertia species huius hectice. eritque incura
bilis ut diximus. Et quia complevimus causam ectice
que est propter alium morbum. et causam eius que non est propter alium
morbum. sed propter se. necesse est dicamus uniuscu
iusque speciei significationes. Dicimus ergo quod ectica que fit
propter alium morbum. sicut propter effimeram. intellegen
da est ita. Quoniam cum uidimus aliquem effimeram habentem
de angustia et fatiga. ira. et similibus aliis excitati.

Significationibus
speciei prasis.